XI/117

S. Non possum respondere ad ea, quae proximis lr̄is ad me ꝑscri
ꝑsisti, ob celerem tabellarii abitionē, quem a casu nactus sum. Hoc tamē
apud me continere nequeo, q̄ me tua delectet amicitia, nempe ita, ut id
uerbis exprimere omnino nō ualeam. Peto ut perpetuo durare sinas.
Per transennā aspexi Poëticā tuā, quid sentiā nō dico, ne adulationis me
arguas, uel saltē amoris caecitate ducas seductū. Grebelius eandē secū
asportauit. quare ego rogo efficias, ut q̄primū liceat, aliā mittas, quo
habeam, quod desyderaui diutius. Vitam Nicolai misisti nō importune.
Morbus meus nihil mutatur, nescio quid faciendū? Mitto matrimonii
encomiū, et Medicinae. uidebis utrobiq; quod te maximopere delectabit. Ita
uehemens illud est, ut mouerit Brunonē Amorbachiū illū ad uxorē
ducendā, qui nō admodū eam rem curauit. Quid tibi faciet? Hoc uero
tam blanditur, ut haud dubie tibi sis ꝑsuasurus, quia medicus es, non
hominē, sed deū esse. Libuit ita iocari tecū, attn̄ iocus talis est, ut postq̄
rem ꝑspexeris, aīm inducas, nihil minus esse q̄ iocū. Vale, meq; ama
mutuiter. Salutaris ab uxore mea plurimū. nō minꝰ a Falici filio.
Tiguri tertio Idus Octob.

Myconius tuus.

Viro abſolutiss. D. Joachi-
mo Vadiano Medico &
Poëtae Laureat. Amiciss.
ſuo.

Apud S. Gallu